

fastu alijs animis corporeis sensib⁹ deditis esse affectat excelsior: aut cenoso gurgite carnalis voluptatis immergitur

Que sit humana tēptatio: et qđ pctm̄ extra corpus habeatur. **Ca. X**

Cum igitur bona voluntate ad interiora et superiora percipienda: quae non priuatim sed communiter ab omnibus quae talia diligunt sine ulla angustia vel iuidia casto possidentur: vel sibi vel alijs consulit: et si fallax in aliquo ignorantia temporalium: quae et hoc temporaliter gerit: et modum agendi non teneat quem debet: humana tēptatio est. Et magnum est habere vitam sic degere: quam velut viam redeuntes car-

1. Cor. 10

pim⁹: ut tēptatio nos non apprehendat nisi humana. Hoc enim peccatum extra corpus est: nec fornicationi deputatur. et propterea facillime ignoscitur. **S**ed vero propter adipiscenda ea quae corpus sentiunt propter experiendi vel excellendi vel correctandi cupiditatem: ut in his sine boni sui ponat: aliquid agit: quicquid agatur turpiter agit: et fornicatur in corpus proprium peccans: et corporearum rerum fallacia simulacra introitus rapiens: et vana meditatio componens ut ei nec diuinum aliquid nisi tale videatur: priuatim auara fertur erroribus: et priuatim perditur anitur viribus. Nec ad tam turpem et miserabilem fornicationem simul ab exordio persisteret: sicut scriptum est. **Q**ui in modica spernit paulatim decidet.

Ecc. 10

Quibus demutatōib⁹ homo ab imagine dei in similitudinē pecoris delabitur. **Ca. XI**

Homo enim coluber non aptis passibus: sicut squamam minutissimis nistibus reperit: sic lubricus deficiendi mortem

Sefi. 3

negligentes minutatim occupat: et incipiens a puero appetitu similitudinē dei: puenit ad similitudinē pecorum. **S**nde est quod nudari stola prima: pelliceas tunicas mortalitate meruerit. **H**onor enim hominis verus est imago et similitudo dei: que non custoditur nisi ad ipsam a quo impenditur. **T**anto magis itaque inheret deo: quanto minus diligitur proprium. **C**upiditate vero experiende potestatis suae: quodam nutu suo ad seipsum tanquam ad medium proruit. **I**taque cum vult esse sicut ille sub nullo: et ab ipsa sui mediocritate penaliter ad ima perpellitur: id est ad ea quibus pecora letantur: atque ita cum sit honor eius similitudo dei: de decus autem eius similitudo pecoris: homo in honore positus non intellexit: compatitur est iumentis insipientibus: et similis factus est eis. **Q**uia igitur tam longe transiret a summis ad infima: nisi per medium suum. **C**um enim neglecta caritate sapientie quae semper eodem modo manet: concupiscit scieria ex mu-

Sefi. 48

tabilium temporaliumque experimento: inflat si edificat. **I**ta pergrauatus animus quasi potest re suo a beatitudine expellitur: et per illud suae mediocritatis experimentum pena sua discit quod inter sit inter bonum desertum: malumque commissum nec redire potest effusus ac perditus sicut viribus: nisi gratia conditoris sui ad penitentiam vocantis et peccata donantis. **Q**uis enim infelicem animam liberabit a corpore mortis huius nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. **D**e qua gratia: suo loco quando ipse se presterit differemus.

1. Cor. 8

Rom. 7

Quod compabilis sit primorum hominum preuaricationi mens quae ad amoris temporalium sensu tracta corporeo. **Ca. XII**

Unde de illa parte rationis ad quam pertinet scientia: et cognitio rerum temporalium atque mutabilium nouandis vite huius

actionibus necessaria suscepta: considerationem quantum deus adiuuat peragamus. **S**icut enim in illo manifesto coniugio duorum hominum qui primi facti sunt: non manducauit serpens de arbore vetita: sed tantummodo manducandum persuasit. **M**ulier autem non manducauit sola: sed viro suo dedit: et simul manducauerunt: quibus cum serpente sola locuta est: et ab eo sola seducta sit. **I**ta et in hoc quod etiam in homine vno geritur et dinoscitur: occulto quodam secretoque coniugio carnalis: vel ut ita dicam: quod corporis sensus intenditur sensualis animi motus: qui nobis pecoribusque communis est: seclusus est a ratione sapientie. **S**ensu quippe corporis corporalia sentiunt: eterna vero et incommutabilia spiritalia ratione sapientie intelliguntur. **R**ationi autem scientie appetitus vicinus est: quoniam quidem de ipsis corporalibus que sensu corporis sentiuntur ratiocinantur ea que scientia dicitur actionis: si bene ut eam noticiam referat ad finem summi boni: si autem male: ut eis fruatur tanquam bonis talibus in quibus falsa similitudine condescat. **C**um igitur huic intentioni mentis quae in rebus temporalibus et corporalibus propter actiones officium ratiocinandi viuacitate versatur: carnalis ille sensus vel animalis ingerit quaedam illecebram fruendi se: id est tanquam bono quodam priuato et proprio: non tanquam publico et communi: quod est incommutabile bonum: tunc velut serpens alloquitur feminam: huic autem illecebre consentire: obliquo prohibito manducare est. **S**ed iste sensus si sola cogitationis delectatione contentus est: superioris vero auctoritate consilij ita membra retinet: ut non exhibeantur iniquitatis arma peccato: sicut habendum existimo velut cibum vetitum mulier sola comederit. **S**i autem in sensu

Sefi. 3

Roma. 8

Liber

tione male vtendi rebus que per sensum corpis sentiunt: ita decernitur quod dicitur peccatum vt si potestas sit etiam corpe compleat: intelligenda est illa mulier dedisse viro suo secum simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter: verum etiam efficaciter perpetrandum mente decerni: nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est membra in opus mouendi: vel ab ope cohibendi male actioni cedat et seruiat. Nec sane cum sola cogitatione mens oblectat illicitis: non quod decernens esse facienda: tenens tamen et volens libenter quam statim vt attigerunt animam respici debuerunt: negandum non est esse peccatum: sed longe minus quam si et ope statuat implendum. Et ideo de talibus quam cogitationibus venia petenda est: **Mat. 6** peccatisque percutiendum: atque dicendum. Dimitte nobis debita nostra: faciendum quoque quod se quis: atque in oratione iungendum: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus persona sua quisque portabat: et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum: sola vtriusque mortis supplicio plecteretur. Ita dici potest in homine: si delectationibus illicitis a quibus se primum debet auertere cogitatio libenter sola pascat: nec facienda decernant mala: sed tamen suauiter in recordatione tenentur: quasi mulierem sine viro posse damnari: absit hoc credere. Nec quippe vna persona est vni homo est: totusque dabitur: nisi hec que sine voluntate operandi: sed tamen cum voluntate animi talibus oblectandi solius cogitationis sentiunt esse peccata: per mediatores gratiam remittantur. Hec itaque disputatio qua in mente vniuscuiusque hominis questum quoddam rationale coniugium contemplationis et actionis: officijs per que de singula distribuitur: tamen in vtroque mentis vnitatem seruata: salua illius veritatis historia: quam de duobus primis hominibus: viro et eiusque muliere: de quibus propagatum est genus humanum: diuina tradit auctoritas. Ad hoc tamen modo audienda est: vt intelligat apostolus: imaginem dei viro tamen tribuendo non etiam femine: quis in diuerso sexu duorum hominum aliquid tamen significare voluisse quod in vno homine quereretur.

De eorum sententia que in vno homine mentem in persona viri: sensum autem corporis in persona mulieris accipiendum esse dixit. **Rom. XIII.** Et me fugit quosdam qui fuerunt ante nos egregij defensores catholice fidei et diuini eloquij tractatores: cum in homine vno cuius vniuersam animam bonam quem paradysum esse senserunt: duo ista requi-

rerent: virum mentem: mulierem vero dixisse corporis sensum. Et secundum hanc autem distributionem qua vir ponitur mens: sensus vero corporis mulier: videntur aperte omnia conuenire: si considerata tractentur: nisi quod in omnibus bestiis et volatilibus scriptum est. Non esse inuentum viro adiutorium simile illi: et tunc est ei mulier facta de latere. Propter quod ego non putavi per mulierem sensum corporis esse ponendum: quem videmus nobis et bestiis esse commune: sed aliquid volui quod bestie non haberent: sensumque corporis magis per serpente intelligendum existimaui: qui legitur sapientior omnibus pecoribus terre. In eis quippe naturalibus bonis: que nobis et irrationalibus animalibus videmus esse communia viuacitate quadam sensus excellit: non ille de quo scriptum est in epistola: que est ad hebreos: vbi legitur: perfectior esse solidum cibum: qui per illum habitum exercitatos habent sensus ad sepandum bonum a malo. Illi quippe sensus nature rationalis sunt ad intelligentiam pertinentes: sed iste sensus qui est quinque pertitus in corpore: per quem non solum a nobis: verum etiam a bestiis corporalis species motusque sentitur. Sed siue isto siue illo siue aliquo alio modo accipiendum sit: quod apostolus virum dixit imaginem et gloriam dei: mulierem autem gloriam viri: apparet tamen cum secundum deum viuimus: mentem nostram in indiuisibilia eius intentam: ex eius eternitate: veritate: caritate proficenter debere formari. Quidam vero rationalis intentionis nostre: hoc est eiusdem mentis in usum mutabilium corporum aliarum rerum: sine quo hec vita non agit dirigendum non vt confirmemur huic seculo finem constituendo in bonis talibus: et in ea de torquendo bestitudinis appetitum: sed vt quicquid in usu temporalium rationaliter facimus: eternoque ad piscendos contemplatione faciamus: per ista transcuntes: illis inherentes.

In que officia propria sapientia et scientia dei dantur. **Rom. XIII**

Habet enim et scientia modum suum bonum: si quod in ea inflat vt inflare asoler: eternoque caritate vincatur: quod non inflat: sed vt scimus edificat. Sine scientia quippe nec virtutes ipse quibus recte viuimus possunt haberi: per quas hec vita misera sic gubernetur: vt ad illam que vere beata est perueniatur eternam. Distat tamen ab eterno contemplatione actio qua bene vtimur temporalibus rebus: et illa sapientie: hec scientie deputatur. Quis enim et illa que sapientia est: possit scientia nuncupari: sicut et apostolus loquitur: vbi dicit. Nunc scio ex parte: tunc autem cognosca-

Gen. 2.

Gen. 3.

Heb. 5.

1. Cor. 13.

Rom. 12.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.